

militeſ· & primi quidem fregerunt crura· et alteriuſ
qui crucifixuſ eſt cum eo· Ad ihm autem cum uenis
ſent· ut uiderunt eum iam mortuum· non fregē
euſ crura· ſed unuſ militū lancea latuſ euſ aperuit·
& continuo exiuit ſanguiſ & aqua· & qui uidit teſti
monium perhibuit· & uerum eſt euſ teſtimonium·
Et ille ſcit quia uera dicit· ut & uos credatis· facta
ſunt enim haec· ut ſcriptura impleretur· Oſ non
comminuetis ex eo· Et uterum alia ſcriptura dicit·
Uidebunt· in quem tranſ fixerunt·

Poſt haec ergo rogauit pilatum ioſeph abarimathia
eo quod eſſet diſcipuluſ ihū· occultuſ autem prop
ter metum iudaeorum· ut tolleret corpuſ ihū·
Et permiſit pilatuſ· Uenit ergo· & tulit corpuſ ihū·
Uenit autem et nichodemuſ qui uenerat ad ihm noc
te primum· ferens mixturam murrae et aloeſ
quaſi libraſ centum·

Acceperunt ergo corpuſ ihū· et ligauerunt eum lin
teiſ cum aromatibuſ· ſicut moſ iudaeiſ eſt ſepelire·
Erat autem in loco ubi crucifixuſ eſt hortuſ· et in
horto monumentum nouum· in quo nondum quiſ
quam poſitus erat· Ibi ergo propter paraſceuen iu
daeorum· quia iuxta erat monumentū poſuerunt ihm·

Una autem ſabbati· maria magdalene uenit ma
ne cum adhuc tenebre eſſent· ad monumentum·
et uidit lapidem ſublatum a monumento·

Cucurrit ergo· & uenit ad ſimonem petrum· et ad
alium diſcipulum quem amabat ihſ & dicit eiſ· Tu
lerunt dnm de monumento· et neſcimuſ ubi poſu
erunt eum· Exiit ergo petruſ & ille aliuſ diſcipu
luſ· et uenerunt ad monumentum· Currebant
autem duo ſimul· et ille aliuſ diſcipuluſ precucur
rit citius petro· & uenit priuſ ad monumentum·
Et cum ſe inclinaſſet· uidit linteamina poſita·

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/mss/18-22-aug-4f/start.htm?image=00231
UNIVERSITÄTS· BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss18-22-aug-4f/0231